

CS

OPERE DON BOSCO
Via Maria Ausiliatrice n. 32
TORINO
IL DIRETTORE SPIRITUALE GENERALE

Torino, 24 sett. 1962

Carissimo Sig. Ispettore,


In ossequio ed esecuzione delle norme date nella recente "Istruzione della S. Congregazione dei Religiosi" in fatto di castità (2 febr. 1961), ti mando alcune copie delle "Normae pro admissione candidatorum...", che devono servire di guida a te e ai Direttori delle tue Case di Formazione nel difficile compito della selezione delle vocazioni.

Falle arrivare agli interessati e procura che i Direttori le facciano conoscere ai loro Capitolari e ai Confessori ordinari e straordinari, perchè tutti abbiano da giudicare, sia in foro esterno che interno, nella stessa maniera.

Queste "Normae" sono "da applicarsi con ogni prudenza e discrezione" (S. Congregaz. dei Religiosi), tenendo presenti anche le altre doti necessarie all'idoneità dell'alunno.

Maria Ausiliatrice ci aiuti a dare alla nostra Società santi religiosi e alla sua Chiesa sacerdoti angelici.

Tuo aff.mo in C.J.


Sac. Giovanni Antal

NORMAE pro admissione candidatorum ad varios gradus vitae Salesiane

ac Sacerdotalis

1) pro admissione ad ASPIRANTATUM

Nequeunt acceptari qua adspirantes, sive in Institutis in hunc finem erectis sive in caeteris domibus nostrae Societatis, nec ultra ibi permanere:

- 1) Qui post adeptam pubertatem (ann.14) seipsos commaculaverunt criminibus, quamvis occultis, pederastiae, perversionis sexualis vel bestialitatis (Cfr. Can. 2357);
- 2) Qui luxuriose vixerint (MB.XVII, p.264; XIV, p.551), vel peccati domos adierint (MB XVI,p.416);
- 3) Dimissi ab aliqua religione vel seminario, necnon ab aliquo collegio catholico, moralitatis causa (MB. XIII,p.247);
- 4) Ipsi adulescentes (12-14 annorum) qui sive qua seductores, sive qua seducti, opere peccaverint cum alio vel cum alia, aut verae bestialitatis peccatum commiserint (MB. XIII,p.269; XIV,p.550; XVII, p.550 et 662);
N.B.- Confessarii autem erit prudenter perpendere num istis in casibus (N.4) iam talis malitia adfuerit quae fundatam praesumptionem inducat propensionis seu "praedispositionis" iuvenis ad relabendum in peccata contra castitatem;
- 5) Qui iam a pluribus annis ob modum relabendi in peccata solitaria, eadem nempe frequentia seu "periodicitate", quandam proclivitatem ad huiusmodi peccata ostendunt (Cfr. S.Congr. de Seminariis);
- 6) Morbosis scrupulis continuo exagitati circa omnia quae sunt de sexto.

N.B. Confessarius qui detegerit aliquem candidatum contradicentibus hisce Normis admissum fuisse, gravibus verbis moneat - denegata, si opus fuerit, sacramentali absolute - ipsum in conscientia discedere teneri a nostris domibus ob grave periculum sibi atque Congregationis obventurum. Inspector vel Director cum haec in foro externo forte noverint, servatis servandis, procedant ad dimissionem candidati.

2) pro admissione ad NOVITIATUM

Nequeunt admitti ad novitiatum:

- 1) Qui recepti sunt qua adspirantes contradicentibus NORMIS latis pro admissione adspirantium;
- 2) Qui post receptionem inter adspirantes, qualibet aetatem gererent, in domo religiosa vel extra, opere peccaverint cum alio vel cum alia, aut peccato bestialitatis.

- 3) Qui in postremo quoque anno probationis ante novitiatum relapsi sunt in peccata solitaria malitiae, vel non apte seipsos emendatos probaverint quoad peccata solitaria fragilitatis (i.e. eadem frequentia seu "periodicitate" in ipsa inciderint), aut animum vere edonisticum demonstraverint.

NB.- Confessarius cum iis qui contradicentibus Normis 1-2 admissi sunt seipsum gerat ut decernitur in superiore animadversione quod attinet ad aspirantes.

3) pro admissione ad PRIMAM PROFESSIONEM RELIGIOSAM

Firmis praescriptionibus Constitutionum ac Regulamentorum, ac praesertim art. 300 et 303 Regulam., nequeunt admitti ad Prima Professionem Religiosam:

- 1) Qui contradicentibus Normis 1-2 pro admissione ad novitiatum, nihilominus recepti sunt inter novitios.
- 2) Qui tempore novitiatus peccaverint cum alio vel cum alia, aut peccato bestialitatis.
- 3) Qui novitiatus tempore prolapsi sunt in peccata solitaria malitiae, vel inciderint in peccata solitaria fragilitatis etiam postremis sex mensibus ante professionem.

4) pro renovatione professionis temporanae

Admitti nequeunt ad renovandam professionem temporaneam:

- 1) Qui quamvis post novitiatum non peccaverint contra castitatem, inveniuntur tamen in istis conditionibus:
 - a) Qui post adeptam pubertatem (ann.14) seipsos commaculaverunt criminibus (quamvis occultis) pederastiae, perversionis sexualis vel bestialitatis (V.supra norma 1 pro admissione ad aspirantatum).
 - b) Qui ante admissionem inter aspirantes valde luxuriose vixerint aut peccati domos frequentaverint (Cfr.norma pro adm. ad aspirantatum).
 - c) Qui post admissionem inter adspirantes opere peccaverint cum alio vel cum alia aut peccato bestialitatis.
- 2) Qui post primam professionem lapsi sunt in peccata operis cum alio vel cum alia, aut in peccatum bestialitatis.
- 3) Qui post primam professionem lapsi sunt in peccata solitaria malitiae in qua iam inciderant tempore aspirantatus seu postulatus. Cum, e contra, peccata haec primum in vita candidatorum

occurrerint post primam professionem, confessarii vel superioris est decernere num istiusmodi peccatorum frequentia talis sit ut fundatam suspicionem gignant inductae propensionis seu "praedispositionis" ad relabendum in posterum.

- 4) Qui post primam professionem ita in solitaria peccata fragilitatis inciderint ut ex ipsorum peccatorum frequentia seu "periodicitate" censi debeat hos confratres pravam habitudinem contraxisse nec proposito experimento, spes affulget emendationis. Istiusmodi timor maxime fundatus est cum socius eadem prava habitudine laborabat tempore adspirantatus eamque aliquantulum tantum suspendit tempore novitiatus. Aliud e contra dicendum de "crisi", ~~de qua in n^o 7 animadversionum.~~

5) pro admissione ad Professionem PERPETUAM

Admitti nequeunt ad professionem perpetuam:

- 1) Qui quamvis post novitiatum non peccaverint contra castitatem, inveniantur in supra memoratis condicionibus (n.1) Normarum pro renovatione professionis temporariae.
- 2) Qui post prima professionem opere peccaverint cum alio vel cum alia, aut peccato bestialitatis.
- 3) Qui etiam postremo anno ante professionem perpetuam inciderint in peccatum solitarium malitiae.
- 4) Qui etiam postremo anno ante professionem perpetuam ita prolapsi sunt in peccata solitaria fragilitatis ut fundata suspicio oriatur de exorta aut renata habitudine relabendi in huiusmodi peccata.

6) pro admissione ad ORDINES

N.B.- Tamquam principia prae oculis habeantur hae pontificiae iussiones:

- a) "Hac in causa pertractanda (Superiores ac Confessarii) tutior semper sententiam amplectantur" (Pius XI);
- b) "Qui hac in re ad malum se praestiterit proclivem (...) e seminario exigendus, antequam sacris ordinibus initietur" (Pius XII).

- 1) Nequit ultra procedere ad ordines alumnus primi, secundi vel tertii anni curriculi theologici qui quamvis admissus fuerit ad vota PERPETUA, se invenerit in istis conditionibus:

- a) qui post adeptam pubertatem (ann.14) seipsum commaculaverit criminibus (quamvis occultis) pederastiae, perversionis sexualis vel bestialitatis (V.norma 1 pro admissione inter aspirantes
- b) qui ante admissionem inter adspirantes valde luxuriose vixerit aut domos peccati frequentaverit (ib.n.2);

- c) qui post admissionem inter adspirantes opere peccavit cum alio vel cum alia, aut peccato bestialitatis (V.Norma 3 pro admissione ad novitiatum);
- d) qui eadem peccata patravit perdurante novitiatu vel professione temporaria aut post ipsam professionem perpetuam.

2) Nequit ultra procedere, nisi congruo experimento interposito:

- a) alumnus primi et secundi anni qui incidit in peccata solitaria malitiae, vel adhuc laborat habitudine (ex frequentia seu "periodicitate" determinanda) labendi in peccata solitaria fragilitatis;
- b) alumnus in postremo anno ante susceptionem subdiaconatus incidit in peccatum malitiae;
- c) clericus qui post subdiaconatum vel diaconatum incidit in peccatum solitarium fragilitatis.

3) Nequit umquam ultra procedere subdiaconus vel diaconus qui quodlibet peccatum operis commiserit cum alio vel cum alia.